



V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XVII

VT
SERENISSIMI. CLEMENTISSIMI. Q. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI
MARGGRAFII, BRANDENBVRGI, DVCIS, PRVSSIAE

RELIQVA
DVODEQVINQVAGESIMVM
NATALEM
A. D. VI. IDVS. MAIAS. A. R. S. MDCCCLVIII, REDITVRVM
PRIDIE
GAVDIA

PRINCIPEM. OPTIMVM
EX. NAVFRAGIO. QVOD. CVM. EO. OMNES. PASSI. SVMVS
EVASISSE. FORTEM. AT. Q. SOSPITEM
CVRIANO. PIETATE. QVAE. NESCIIT. HABENAS. PRAECEPTVRO

H. L. Q. C
ADSINT. QVA. SOLENT. BENEVOLENTIA
QVOT. QVOT. INTELLIGVNT. QVANTVM. SIT. MVNVS. DEI
PATER. PATRIAE. PROVIDENTISSIMVS
EI. DEVOTISSIMVS. ROGAT. C. R.

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS. A. M
CAESAREAE. FRANCISCEAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAR.
FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC
HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
LITTERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
GYMN. TYP

QVAENAM FLVMINA HERMVNDVRORVM TERRAE
FINES NATVRALES?

Index dictorum.

§. I. Num flumina?

§. III. Num DANVBIVS?

§. II. Num quaeuis?

§. IIII. Num ALBIS?

§. I.

Terra multis impedita fluminibus itinera impedit, paludésque faciunt regionem inuiam, qualem esse Germaniam, 1.) censabant prisci. 2.)

§. II.

Non tamen fluuiorum quilibet tam rapax, vt ne patiatu-
r trañci, nec adeo profundus, quin locis non nullis transeat vado. Ea ve-
ro regio συλλήθεην ὡσανεὶ περιωρισμένης ὑπὸ τῆς φύσεως. 1.) in quam
nusquam transibis nisi ponte nauibusue. Id autem est opus mul-
tarum manuum longiorisque temporis morae. Tum optimum
intercidit consilium, quoniam tela praeuisa minus nocent. Nam 2.)
ἀν μὴ κλίμασι καὶ ΠΟΤΑΜΟΪΣ καὶ διατειχίσμασιν ἐρίσῳσι τὰ κοινὰ,
καὶ πολλὴν εὐρυχωρίαν ἐν μέσῳ λάβωσιν ἀπ' ἀλλήλων, οὐ παύονται
διαφερέμενοι. Sunt enim prae ceteris fluuii magni mortalium termi-
ni naturales discernuntque gentes potissimum. 3.) Hinc Iuliani 4.)
Ὅρα δὲ διττὰ, ὡς περὶ ὑπὸ τῆς φύσεως ἀποδομένα ἴστρον καὶ
εὐφράτην ΠΟΤΑΜΟΪΣ εἰδήμεν. *Vltro Istrum Dacus non exeat, Strymo
Thracas includat, Parthis obfset Euphrates, Danubius Sarmatica ac
Romane*

1.) Auctore Pomponio de Sit. Orb.
Lib. III. Cap. III. vt et Tacito in Ger-
man. Cap. V. n. 1.

2.) Quod iam ante me observaue-
re Spenerus Notit. German. Antiq.
Lib. II. Cap. I. §. II. et Althamerus ad
Tacitum modo citatum.

§. II. 1.) Vt Annibalis, quo vete-
rum imperatorum haud facile quis-
piam callidior, verba ex Polybio
ἴστωρ. Lib. XV. Cap. VI. faciam mea.

2.) Quae sunt Plutarchi in Aemilio
Paulo Cap. VI.

3.) Vt docuerunt iam antiquis-
simorum quam plurimi in vnum coacti
ab Freinshemio ad Flori Lib. IIII.
Cap. XII. n. 26. et Curtii Lib. VII.
Cap. VI. n. 12. cuius scriinia, qui est
mos eius, expilauit Vetterus ad Tacit.
German. Cap. I. n. 1. iis haud nomi-
natis, per quos profecit. Addas, li-
cet, Lehmannum in Theatr. Histor.
Memorabil. Misn. Mont. Superior.
Sect. I. Cap. II. p. 5.

4.) Καισαρ. p. 326.

Romana disterneret, RhenuS Germaniae modum faciat, 5.) erat apud Romanos sancitum, 6.) iam cum vel omnibus numeris absolutissima terrae HERMVNDVRORVM hydrographia aut, si mauis, potamographia ad rem praesentem nihil faceret, quam forte alio loco dederim; hic tantum eos nominabo fluuios, qui limites istius nationis effecerint.

§. III.

Quo modo paullo ante Rhenum, sic nunc DANVBIVM 1.) secuturo Tacito 2.) propior erat HERMVNDVRORVM ciuitas. 3.) Hocce autem non eo, ac si ad DANVBIVM habitassent, referendum esse, autumat de Waldenfels, 4.) sed auctoris sententiam fuisse, quod propiores quam alii tunc temporis Sueuorum 5.) adhaerentes Senones 6.) nimirum, Longobardi 7.) et reliqui ad DANVBIVM agitasent. Istum secutus videtur Daniel Mullerus 8.) Corneliana eadem 9.) ita enarrans: Quo loco HERMVNDVROS non accolat DANVBII facit, sed transgressus mente DANVBIVM, positos supra eundem populos contemplatur, et in his primo clariore reliquis, 10.) HERMVNDVROS, quos non DANVBIVS, sed Al-

A a 2

bis,

5.) Quo Sextum Rufum in Breviar. Cap. VIII. et Cl. Mamertinum in Panegyri. Maximiano Herculeo dicto Cap. VII. respicere, prodit Cellarius ad eiusdem Panegyri. Cap. II. n. 6. quibus cur non Eumenii Panegyri. pro Restaur. Schol. Cap. XVIII. n. 4. dederit comitem, non perspicio, immo et Florum Epit. Rer. Roman. Lib. III. Cap. XII. n. 61. ubi Freinsheimium non poenitebit consuluisse atque Appianum *Pompeian.* Praefat.

6.) Ex indicio Senecae in Qu. Natur. Lib. I. Praefatione.

§. III. 1.) Quo mihi iam Cap. I. Sect. II. Int. I. P. I. §. VIII. viam muniui.

2.) De Morib. Germ. Cap. XXXXI. princ.

3.) Cuius vocis sensum inuestigauit infra Sect. II. Intersect. II. §. I.

4.) In Select. Antiq. Lib. XII. Cap. XXIII. p. 442.

5.) Fuisse autem HERMVNDVROS in Sueuis relatos, docui supra Cap. I. Sect. II. Int. I. P. I. §. V. seqq.

6.) Quos esse *Seimnoner*, monstrabo proxime Intersect. II. §. VIII.

7.) Vt et de his ibidem §. insequenti scribendi erit locus.

8.) In Programmate de Herimunduris Chemnitii anno ciorccc. proposito.

9.) Paullo ante in principio huius §i transcripta.

10.) In quo me subscribere Mullero. cognoscas ex §. X. Cap. I. Sect. II. Interf. I. P. I.

his, II.) vii Vellejus 12.) monstravit, praeterfluxit. Praeterfluere autem potuit, bone Vir, *Albis* HERMVNDVROS et DANVBIVS. Hic a fronte, ille a tergo. 13.) Miror igitur, tam sagacem, qualem se toties praestitit, virum Schoettgenium 14.) hoc non esse odoratum, qui tamen rem HERMVNDVRORVM prae ceteris curiosius indagavit. Existimat enim, 15.) quia HERMVNDVRS in ripa DANVBII cum Romanis fuit commercium, 16.) eorum quoque fines se se illuc extendisse, non dum effici, quin, omnes ita censere, stomachum ei mouerit haud parum. Iam quidem fere vel qua qua versum dominante Marte, vt nunc cum maxime, transitu libero per quascumque terras miscet commercium gentes diuersissimas remotissimasque, olim vero non nisi proximas quauis regione clausa. Quae gens interposita concessisset HERMVNDVRS promiscuum itum reditumque ad Romanos istos libertati Germaniae mille artibus insidiantes, 16.) quae commercii titulo omnium commodissime teguntur? Nonne quisque aliorum obliquo limasfet oculo commoda in HERMVNDVROS ex negotiatione ista, si diis placet, redundantia. Hoc autem superfedebat hicce populus promotis imperii finibus ad DANVBIVM, 17.) quo Germania a Raetis separabatur, 18.) ex quo magnitudo populi Romani protulerat vltra veteres terminos imperii reuerentiam, 19.) quod Octavius Raetiam

11.) De quo Sect. II. Intersect. I. in posterum pluribus agetur.

12.) Hist. Rom. Lib. II. Cap. CVI. n. 2.

13.) Vt patuerit so insequenti.

14.) In Spicileg. Diplom. Hist. Saxon. Super. P. I. Dissertatione I.

15.) Dissertationis indicatae §. VII. p. 11.

16.) Quod docui olim in Originibus *Ανθηροποθυσίας* a Vulgar. Crude litat. Crinin. Vindicat. §. VIII.

17.) Cuius rei testes iam supra nota 4. et 5. aliquot euocauit.

18.) Teste Tacito in Germaniae suae principio, a quo non discedunt

Strabo *Γεωγραφ.* Lib. II. p. 190. Ptolemaeus *Γεωγραφ.* *Υφηνήσ.* Lib. II. Cap. XI. Solinus Polyhist. Cap. XXXII. Claudianus de Reb. Get. vs. 330. seq. Suffragantur Cluverius in German. Antiq. Lib. I. Cap. XI. Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. V. Iunkerus in Geograph. German. Med. P. II. Cap. II. Sect. I. p. 130. et Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib. I. Cap. II. §. VIII. nota (o). Nec diuertunt Cornelii interpretas Althamerus, Benthelus, Vetterus, Dithmarus, alii.

19.) Quae sunt eiusdem Cornelii Cap. XXVIIII. n. 3. cui ad stipulatur

tiam 20.) et Vindeliciam 21.) Romano imperio subiunxerat. 22.) Hoc enim pacto HERMVNDVRIS a nulla gente, quae esset interposita, impeditis omnino erat *commercium non tantum in ripa DANVBII, sed et penitus atque in splendidissima Raetiae* 23.) provinciae colonia, 24.) hoc est, *Augustae Vindelicorum*. 25.) Id argumento fuit Germaniae praesentis peritiori, 26.) HERMVNDVROS ex australi parte DANVBIVM tetigisse. Quae cum ita sunt, quis audeat amplius 27.) *ripam* illam ad *Rhenum* 28.) trahere eique soli vindicare aliis exclusis. Cum enim ea vox de quocumque *flumine* adhibetur optimo cuique; 29.) cur non et de DANVBIO adhibeatur, 30.)

A a 3

vt

Seneae de Breuit. Vit. Cap. V. et Natur. Qu. Lib. VI. Cap. VII.

20.) Quae tum fuerit, discas ex Cap. II. Sect. II. Intersect. II. P. II. N. I. §. VI.

21.) Vt et haec ibidem.

22.) Quod testantur Velleius Paterculus Hist. Roman. Lib. II. Cap. XXXVIII. n. 2. et Tranquillus in Aug. Cap. XXI.

23.) Quenam Cornelio, exposui eodem loco, quem nota 20. indicauit.

24.) Quae ex Taciti German. Cap. XXXI. n. 2. toties adposui.

25.) Cui illud commercium iam tuli acceptum Cap. II. Sect. II. Intersect. II. P. II. N. I. §. VI.

26.) Quales sunt Cluuerius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXVIII. Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. Sect. III. §. LXXI. Furnerius Geogr. Orb. Notit. P. I. Lib. III. Cap. V. p. 104. Spenerus Notit. German. Antiq. Lib. III. Cap. II. §. XIII. nota (z) p. 182. Weisius Antiq. Misnicofaxon, Cap. III. p. 29. Wideburgius de

Pag. Misn. §. I. nota (b) p. 116. Eccardus ad Leibnitii Origin. Francor. §. VIII. p. 250. Franc. Oriental. Lib. I. §. X. p. 6. et Origin. German. Lib. I. §. XXXVIII. p. 96. itemque V. Gen. de Falkenstein Antiq. et Memorabil. Nordgau. Vet. P. I. Cap. I. §. III.

27.) Quale ausus est Grotnitius istud Cornelianum *non ripa* redens: *Nicht allein am Rheinstrom*.

28.) De quo quidem illa voce Tacitus frequentius usus est per Germaniam suam Cap. III. n. 3. Cap. XXIII. n. 2. Cap. XXVIII. n. 3. Cap. XXVIII. n. 1. immo et Cap. XXXVII. n. 2. qui locus interpretibus id non attendentibus tantum fecit negotii. Hinc *lex Ripuariorum* ea, quae fuit *Rheni accolarum*, quod bene monuit Eccardus diligentissimus vocum eius legis enarrator ad eiusdem caput.

29.) Quem ad modum docui abunde Cap. II. Sect. II. Intersect. II. P. II. §. II.

30.) Praeuentibus Micyllo ad eadem Corneliana, Mollero Theatr.

vt fuit adhibitum vel ipsi Cornelio 31.) aliisque. 32.) HERMVNDVRORVM autem merces ex coniectura Kirchmaieri 33.) fuerunt ferarum pelles, fal atque falsamenta, ni eiusdem generis, quae de Sequanis memoriae prodidit Strabo: 34.) ὅθεν αἰ κάλλιστα ταξί-
χαια τῶν υἰῶν κρεῶν εἰς τὴν Ῥώμην κατακομιζόνται.

§. III.

ALBIS flumen *Semnonum*. 1.) HERMVNDORVMque fines *prae-
terfluere* dicitur Paterculo. 2.) Vosfianae *praefluere*, si ex MSS.
eset, recepisset Burmannus, qui tamen vulgarum aeque bonum
habet. 3.) Quid autem hoc loco inuatur *praeferfluere*? Audiamus
adhuc semel Strabonem: 4.) μέγιστον τὸ τῶν Σουήων ἔθνος· διήκει
γὰρ ἀπὸ τοῦ Ῥήνου μέχρι τοῦ Ἀλβίου· μέρος δὲ τι αὐτῶν, καὶ πέραν
τοῦ Ἀλβίου νέμεται, καθ' ἅπερ Ἑρμόδοποι 5.) καὶ Λαγγοσάρδοι. 6.)
Totius rei cardo versatur in καθ' ἅπερ. Si ad πέραν τοῦ Ἀλβίου so-
lum trahis, indicabit, 7.) HERMVNDVROS trans ALBIM habi-
tasse;

Freiberg. Chron. Sect. I Cap. II, extr.
p. 15. et Schmidio Chron. Cygn.
P. I. Sect. I. Cap. III. p. II. Conferas
dicta §. VIII. Cap. I. Sect. II. Interf. I.
P. I.

31.) Annal. Lib. III. Cap. V. n. 4.
et Hist. Lib. III. Cap. XXXVI. n. 2.

32.) Nasoni ex Ponto Lib. I. Epist.
VIII. vs. 12. et Lib. II. Epist. VIII.
vs. 76.

33.) De Bello et Praelio de Sallinis
Cattos inter et Hermunduros susce-
pto olim §. XVII.

34.) ΓεωγραΦ. Lib. III. p. 293.

§. III. 1.) Quos Velleio vindica-
bit §. VIII. proxime sequentis Inter-
fectionis.

2.) Hist. Rom. Lib. II. Cap. CVI.
n. 2.

3.) Cur autem, quod Gebhardus
ex multis libris qua scriptis qua cufis
reddiderat Fabio Infit. Orat. Lib. II,

Cap. V. Ed. Burmannianae p. 151. non
aeque bonum?

4.) Quem iam Cap. I. Sect. I. In-
terfect. I. §. I. ex Lib. VII. ΓεωγραΦ.
p. 445. seq. audieris a me pluribus
illustratum.

5.) Quod ibi geographo restitui,
cui Εὐμόδοποι obtruderant editores
omnes.

6.) Vt hic Λαγγόσαργοι, pro quo
illud vel vt postliminio redaxi. Esse
autem Λαγγοσάρδοι optimi cuiusque
veterum, aperiet §. VIII. Interfectio-
nis proximae.

7.) Auctoribus Clucrio German.
Antiq. Lib. III. Cap. XXIII. et XXVIII.
Arnoldo de Hermunduris §. VI.
Gundlingio Hist. March. Branden-
burg. Lib. I. Sect. II. §. 3. p. 45. Wi-
deburgio de Pag. Misn. §. I. nota (b)
de Falkenstein Antiq. et Memorabil.
Nordgau. Vet. P. I. Cap. I. §. III. no-

tasfe; sin autem ad integram periodum, voluit auctor, maximum populum esse Sueuorum, qui non modo a Rheno ad ALBIM vsque sed et trans ALBIM coluerit. Eorum praecipuos esse HERMVNDVROS et Longobardos. Ita vero geographus non definit, citra an ultra hoc flumen alterutra natio sederit. Nec potuit definire, quippe qui 8.) ingenus fatetur: Τα δὲ πέραν τοῦ Ἀλβίου τὰ πρὸς τῷ Ὠκεανῷ, παντάπασιν ἀγνωστα ἡμῶν ἐστίν· αὐτὴ γὰρ τῶν προτέρων οὐδένας ἴσμεν τὸν παράπλουον τούτον πεποιμημένους πρὸς τὰ ἰωδινὰ μέρη, τὰ μέχρι τοῦ σώματος τῆς Κασπίης θαλάττης, οὐδ' οἱ Ῥωμαῖοὶ προηλθόντων εἰς τὰ περαιτέρω τοῦ Ἀλβίου· ὡς δ' αὐτὰς οὐδὲ πρὸς παραδουνασίων οὐδένας. 9.) Quid? quod adhuc sub iudice lis est, adierintne vnamquam Romani ALBIM? 10.) Saltem non constat, an in istam Germaniae partem adeo penetrarint, vt ALBIS praesertim superioris alueum satis explorarent. 11.) ALBIM igitur pro *Sala* fuisse positam a scriba, quidam 12.) suspicatur. Simile quidpiam forte in fontibus ALBIS commissum. 13.) Sane Velleius inde captat occasionem in Tiberii sui laudes excurrendi scribens: 14.) *A Rheno vsque ad flumen ALBIM, ubi Semnonum HERMVNDVROVVM fines praeterfluit, Romanus cum signis perductus exercitus, et eodem mira felicitate et cura ducis (Tiberii) - - clasfis - - ab inaudito atque incognito ante mari flumine ALBI subuecta, quod numquam antea spe conceptum, nedum opere tentatum erat. Coram autem inspexerit Velleius iste sub eodem Tiberio militans, 15.) necne; si utriusque nationis fines hic annis praeterfluit, necesse est, medium in-*

ta (e) p. 4. quibus ea de causa vapitlat Strabo defensus nuper a Schoettgenio Spicileg. Diplomat. Hist. Saxon. Super. P. I. Disf. I. §. 2. p. 2.

8.) p. 4. E.

9.) Quae iam Gen. de Falkenstein Schoettgenio obposuit.

10.) Quam quaestionem G. G. Kirchmaierus Wittebergae anno 1702. cxxii. proposuit soluitque.

11.) Vt iam obseruauit Mullerus de Hermunduris, Arnoldus de Lis-

dem §. XI. Mollerus Dramate Historico de eis, quae ante Freibergam conditam ibi gesta sunt, et Wideburgius.

12.) Wideburgius de Pagis Vet. Misn. §. I. nota (b) p. 116.

13.) Cuius mentio fiet infra Sect. II. Interfect. I. P. I. §. III.

14.) Hist. Roman. Lib. II. Cap. CVI. ff. 2.

15.) Cui constat ex Cap. I. Sect. I. Interfect. II. §. I.

termcare, et terminum vtrique genti ponere. 16.) Ita vero 17.) illud *praeterfluere* nihil aliud quam *interfluere* significabit, scilicet non 18.) *inter* HERMVNDVROS, sed 19.) eos *inter* et Semnones. 20.)

Ne vero iterum, quod superiori anno iam accidit, Mars interceptat vota nostra annua; indulgeant, quibus PATRIS patriae CLEMENTISSIMI salus, in qua vnus cuiusque nostrum est posita, ca-rior est suamet, vt ea maturemus, atque die citius, quam damna-remur, soluamus.

GEORGIUS GABRIEL POESCHELIUS Baruthinus carmine ver-naculo eius consilii reddet rationes vberius.

HENRICVS CHRISTIANVS LEOPOLDVS PERTSCHIVS Oster-nohensis atheorum, quo eorum impudentia retundatur cum ma-xime, malleum monstrabit Latina prosa, vorsa autem pacem postulat ardentissime.

IOANNES FRIDERICVS WILHELMVS HAGENIVS Neulensis Latina oratione exponet solatium piorum in belli calamitatibus.

GEORGIUS CHRISTOPHORVS WETTENGELIVS Aschenfis do-cebit oda Germanica, sui extranei esse, omnes commilitones vo-tis pro SERENISSIMO Curiani NVTRITIO antecellere.

Ea vero habeat rata D. T. O. M.

16.) Quibus verbis ista Velleiana enucleauit sagacissimus priscorum in-terpres Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II, Cap. V, Sect. III, §. LXXI, extr.

17.) Vt opinati fuerunt Cluuerius German. Antiq. Lib. III, Cap. XXV. Arnoldus de Hermunduris §. VI, Leibnitius ad Taciti German. Cap. XXXXI. Eccardus Franc. Oriental. Lib. I, §. X, p. 6. atque Cl. Beckmannus Descript. Hist. March. Brandenb. P. I, Cap. II, N. I, §. III, p. 33. et §. VI, p. 37.

18.) Vt Velleius, si *interfluit* scripsisset, interpretandus indice Gen-

de Falkenstein in Antiq. et Memora-bil. Nordgau, Vet. P. I, Cap. I, §. III, nota (e) p. 5. Falso autem putare pu-tantes, HERMVNDVROS circum-fedisce ALBIM, iam pronunciauit Brechenmacherus Notit. Antiq. Sueu. §. XIII, in Consultisf. Wegelini Thef. Rer. Sueuic. Vol. I, p. 79.

19.) Vt iam Crusius Chron. Sueu. P. I, Lib. I, Cap. VIII, Ed. Moser, p. 44. Velleiana interpretatus est.

20.) Quam interpretationem tue-bor pluribus infra Sect. II, Intersect. I, P. I, §. II,

Yb 4473

1078

ULB Halle

3


006 302 904



20







CVRIAM
 REGNITIANAM
 NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
 COGNOMINANDAM
 DISSERIT. XVII

VT
 SERENISSIMI. CLEMENTISSIMI. Q. DOMINI
 DOMINI
FRIDERICI
 MARGGRAFII, BRANDENBV RGI, DV CIS, PRVSSIAE
 RELIQVA
DVODEQVINQVAGESIMVM
NATALEM
 A. D. VI. IDVS, MAIAS. A. R. S. CIOCCCLVIII, REDITVRVM
 PRIDIE
 GAVDIA
PRINCIPEM. OPTIMVM
 EX. NAVFRAGIO. QVOD. CVM. EO. OMNES. PASSI, SVMVS
 EVASISSE. FORTEM. AT. Q. SOSPITEM
 CVRIANO. PIETATE, QVAE. NESBIT, HABENAS. PRAECEPTVRO
 H. L. Q. C
 ADSINT. QVA. SOLENT. BENEVOLENTIA
 QVOT. QVOT. INTELLIGVNT. QVANTVM. SIT. MVNVS. DEI
PATER. PATRIAE. PROVIDENTISSIMVS
 EI. DEVOTISSIMVS. ROGAT. C. R.
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS. A. M
 CAESAREAE. FRANCISCAE. LIBERALIVM. ARTIVM. ACADEMIAE. CONSILIAR.
 FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC
 HONORARIVS
 CVRIAE. REGNITIANAE
 LITTERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII
 GYMN. TYP

